

FABULA DE MEDO: TIER 1 (Short version. Words in blue are glossed at right).

Mēdus servus Iūlii est – sed cūr Mēdus est servus in Italiā? In Graeciā, Medus nōn erat servus, sed vir liber!	liber, libera, liberum = “free” erat = “was” (past tense)
In Graeciā, amīcus Mēdi captus erat ā pirātis! Amīcus erat in periculō!	captus erat = “had been captured” pirāta -ae M = “pirate” periculum = “danger”
Mēdus magnam pecūniam mutuātus est, et amīcum ā pirātis redēmit.	mutuātus est = “he borrowed” red-ēmit = “he ransomed, bought back”
Sed amīcus pecūniam Mēdō rursus nōn dat, itaque Mēdus iam pecūniam dēbet! Mēdus in servitium sē vēndit, ut pecūnia dēbita solveretur. O quam malam fortunam!	dēbet = “(he) owes” servitium = “slavery” pecūnia dēbita = “debt” ut solveretur = “so that... might be paid” fortuna - “fortune”
Deinde Mēdus cum aliis servīs vehitur Rōmam. Illīc, Iūlius Mēdum emit. Mēdus servus est in villā Iūlii.	deinde = “then, next”
Alii dominī Rōmānī pecūlium (= “parvam pecūniam”) servīs dant. Sed Iūlius pecūlium Mēdō nōn dat. Iūlius est dominus iniūstus.	pecūlium (= parva pecunia) = “allowance” (held in trust by master) iniūstus = “unjust”
Mēdus liber esse vult, quia miser est, quia Iūlius est iniūstus, quia in Graeciam rursus ire vult – etiam quia fēminam liberam amat – Lydiam suam.	esse = “to be” vult = “wants” miser, misera, miserum = “miserable”
Sed servus fēminam liberam uxōrem dūcere nōn potest!	uxōrem dūcere = “to marry” potest = “is able”
Mēdus est vir audax: Medus nummōs Iūlii sūmit et ā dominō discēdit. Iam Mēdus est in magnō periculō, quia fugitīvus est. Dominus fortasse eum capiat – et fortasse eum necet!	audax, audācis (adj.) = “daring, bold” periculum = “danger” fugitīvus, -a, -um = “fugitive, runaway” capiat = “may capture” necet = “may kill”
Mēdus Rōmae cum Lydiā ambulat. Ad tabernam adeunt. Tabernārius Mēdo ānulum vēndit nōnāgintā sēstertiis. Mēdus Lydiae ānulum dat. Nam vir, quī fēminam uxōrem dūcere vult ānulum eī dat.	uxōrem dūcere = “to marry” (to take as wife) vult = “wants”
Lydia ānulum ā Mēdō accipit, et eī osculum dat. Lydia Mēdō iam est sponsāta.	sponsāta = promised (adj.), fiancée (noun)
Mēdus et sponsāta sua mox Rōmā discēdunt, et in Graeciam vehuntur. Mox Mēdus rursus vir liber erit.	mox = “soon” erit = “will be”

FABULA DE MEDO. TIER 2: (Longer version. Glossed words in blue the first time they appear; see vocabulary list at end).

Mēdus servus Iūlii est – sed cūr ille est servus in Italiā, quī erat vir liber in Graeciā?

In Graeciā, amīcus Mēdi **captus erat ā pīrātis!**
Quī sunt pīrātae?
Pīrātae sunt **nautae**, quī aliōs **hominēs (= people)** capiunt,
pecūniām et ōrnāmentā eōrum sūmunt,
et **captīvōs** in **servitium** vēndunt.
Sī captivī magnō pretiō redemptī sunt, rūsus liberī sunt.
Sī captivī redemptī nōn sunt, **fortasse (= perhaps)** pīrātae
eōs **necant!**
Hoc est magnum **perīculum!**



Itaque, quia ille amīcus ā pīrātis captus erat,
Mēdus magnam pecūniām **mūtuātus** est, et amīcum ā pīrātis magnō pretiō
redēmit!
Amīcus autem pecūniām Mēdō rūsus nōn dat, itaque Mēdus iam pecūniām **dēbet!**
neque **dēbitam** pecūniām **solvere potest**. Itaque Mēdus in servitium sē vēndit,
ut pecūnia dēbita **solveretur**.
Deinde Mēdus cum aliīs servīs **nāve** vehitur
Rōmam. Illic, Iūlius Mēdum emit,
et Mēdus Iūliō in villā eius servus est. O quam malam **fortūnam!**

NAVIS



Alii autem dominī Rōmānī **pecūlium** (id est, “parvam pecūniām”) servīs suis dant.
Servus **libertātem (= freedom)** suam **redimere potest**, sī satis pecuniae est in pecūliō
suō. Sed Iūlius pecūlium Mēdō nōn dat. Nam Iūlius est dominus **iniūstus**.

O Mēdum **miserum!** Mēdus **liber esse vult**, et in Graeciam rūsus ire vult. Etiam
amōris causā, liber esse vult, nam fēminam liberam amat – Lydiam suam. Servus
autem fēminam liberam **uxōrem dūcere nōn potest!**
Itaque...

Mēdus **consilium audācem capit**: nummōs Iūlii sūmit et ā dominō iniustō discēdit!
Iam Mēdus est in magnō perīculō, quia **fugitīvus** est. Dominus, quī servum
fugitīvum capit, eum verberat, et fortasse eum necat!

Iam Mēdus – fugitīvus sed **audax!** -- Rōmae cum Lydiā ambulat.
Ad tabernam adeunt. Tabernārius iīs ānulōs ostendit.

Habetne Mēdus satis pecūniae? Nōnāgintā sēstertiīs Albīnus Mēdō vēndit ānulum, quem Mēdus Lydiae dat.

Nam vir, quī fēminam uxōrem ducere vult, ānulum et alia ōrnamēta eī dat. Ānulus **significat** fēminam esse **sponsātam** virō, quī ānulum eī dat. Et ānulus est **signum** amōris (= amōrem significat).

Ante tabernam Albīnī, Lydia ānulum ā Mēdō accipit, et eī ōsculum dat. Mēdus: "Tē amō, O formōsa mea! Et **volō** tē uxōrem ducere! Venī in Graeciam **mē-cum** (= cum mē)!"

Et Lydia respondet: "Et ego tē amō, et volō esse uxor tua! Sī **frāter** meus hoc **permittit, tē-cum** (= cum tē) in Graeciam venīre volō!"

Mēdus eī ōsculum dat. **Mox** Rōmā discēdit et in Graeciam nāve vehitur, cum sponsātā suā pulchrā. Mox rūsus vir liber **erit**.

Vocābula nova (et adverbialia!)

amō = *I love*,

amās = *you love*

amor (M. nom.), amōrem (acc.) = *"love" (noun)*

audax, audācis (adj.) = *"daring, bold"*

autem = *"however"*

captus erat = *"had been captured"*

capit/ capiunt = *"capture, take"*

capiat = *"may capture"*

captīvus, -a -um = *"captive, prisoner"*

causa, -ae F. = *"cause, reason"*

consilium audācem capit =

"makes a daring plan"

dēbet = *"(he) owes"*

dēbitus, -a -um = *"owed" (adjective/participle)*

deinde = *"then, next"*

ego = *"I"*

erat = *"was" (past tense)*

erit = *"will be"*

esse = *"to be"*

frāter, frātrīs M = *"brother"*

fortūna, -ae F. = *"fortune, luck"*

fugitīvus, -a, -um = *"fugitive, runaway"*

homo, hominis M/F. = *"human being, person"*

"people" (pluralis.)

iam = *"now"*

iniūstus = *"unjust"*

interdum = *"sometimes"*

itaque = *"and so"*

liber, libera, liberum = *"free"*

miser, misera, miserum = *"miserable"*

mox = *"soon"*

mūtuātus est = *"he borrowed"*

nam = *"for, since"*

nauta, -ae M/F = *"sailor"*

nāvis = *"ship" > nāve (ablātīvō) "by ship"*

necat / necant = *"kill"*

necet = *"(he) may kill"*

pecūlium (= parva pecunia) = *"allowance" (as a fund held in trust by master for enslaved person)*

perīculum = *"danger"*

permittit = *permits*

pīrāta -ae M. (yes!) = *"pirate"*

potest = *"(he/she/it) is able"*

red-ēmit = *"(he) bought back, ransomed"*

redemptī sunt = *(they) have been ransomed"*

servitium, -ī N. = *"slavery"*

sī = *"if"*

significat = *"signifies, means"*

signum = *"sign, symbol"*

solvere potest = *"is able to pay"*

sponsāta = *promised (adj.), fiancée (noun)*

ut solverētur = *"so that... might be paid"*

uxor (F. nom. sing.) uxōrem (acc. sing.) = *"wife"*

uxōrem dūcere = *"to marry" (to take as wife)*

valdē = *"very much"*

volō = *"I want"*

vult = *"he/she/it wants"*